

esse cogitandum. Porro quod dicit:

VERS. 39. — Si ex Deo est, scilicet consilium hoc aut opus, non poteritis dissolvere illud; D. Thom. Quodl. 5, art. 11, ad ult., sic interpretatur, quod non tantum dicit: Si ex Deo est opus hoc, sed consilium hoc aut opus. Nam verba hæc, inquit, non dicuntur ad ostendendum quod illa quæ sunt à Deo, verbi gratiâ, charitas, propositum, imò et ingressus religionis, in perpetuum maneat, sed ad ostendendum infallibilitatem divinæ providentiæ. Hæc D. Thomas, per divinam providentiam non opus semper, sed consilium Dei docens, sæpè intelligendum.

VERS. 40. — CÆSIS DENUNTIABERUNT, NE LOQUERENTUR IN NOMINE JESU, ET DIMISERUNT EOS. Quidam intelligunt alapis impactis cæsis, alii flagellatos, quorum utrumque non alienum à contextu; quia per has plagas apostoli infra dicuntur contumeliam passi; utrumque verò plagarum genus contumeliosum est. Et primum usque adeò, ut Apostolus dicat: *Si quis in faciem vos cædit, contumeliam significans, explicante Augustino. Posterius tamen probabilius est, quia dicit in Math., c. 25, Hieron. Flagellati in Actis apostoli,*; de collegio apostolorum loquens. Quod si id non hic, certè alibi

VERS. 39. — *Consenserunt autem illi.* Placuit Gamalieldis consilium, scilicet ne apostolos interficerent, ut paulo ante furentes cogitabant, vers. 35. Non ta-

CAPUT VI.

1. In diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eò quod despicerentur in ministerio quotidiano viduas eorum.
2. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis.
3. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto et sapientiâ, quos constituantur super hoc opus.
4. Nos verò orationi et ministerio verbi instantes erimus.
5. Et placuit sermo coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum, virum plenum fide et Spiritu sancto, et Philipppum, et Prochorum, et Nicanorem, et Timonem, et Parmenam, et Nicolaum advenam Antiocheum.
6. Hos staturunt ante conspectum apostolorum, et orantes imposuerunt eis manus.
7. Et verbum Domini crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediabat fidei.
8. Stephanus autem plenus gratiâ et fortitudine, faciabat prodigia et signa magna in populo.
9. Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant à Ciliciâ et Asiâ, disputantes cum Stephano:
10. Et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur.
11. Tunc summiserunt viros qui dicerent se audi-

accidisse, difficulter invenimus.

VERS. 41. — QUONIAM DIGNI HABITI SUNT PRO NOMINE JESU CONTUMELIAM PATI. Quempiam precedentibus meritis aliquando consequi passiones, testari videntur illud Christi Marci 10, v. 29: *Nemo est qui reliquerit domum, etc., qui non accipiat centies tantum cum persecutionibus.* Verūtamēn, quia dignum quasi ex meritis se arbitrari, cuiusdam est supercilii, melius videtur dignum hic derivare à dignatione, ut pro modestâ apostolicâ sensus sit: Quoniam à divinâ dignatione, que majestatis, auctoritatis, potestatis quedam inclinatio est, consecuti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Martyria enim esse divinæ dignationis, docet Chrysost. in Epist. ad Coloss. hom. 12, et latè id prosequitur de Providentiâ ad Ziagrium. Nilominus quosdam etiâ suo modo mereri martyrium, Cyprian. indicare videtur, lib. de Mortal., num. 6, loquens de his qui deplorabant se martyrio fraudari, dum peste præpropèrè vitâ tollerentur: Non est, inquit, in tuâ potestate martyrium, sed in Dei dignatione; nec potes dicere te perdidisse, quod nescis an merearis accipere. Ita Cyprianus.

men eorum indignatio ita subsidit, quin eos flagellarent, et jubèrent predicatione Christi abstinere.

VERS. 42. — *Omni die, singulis diebus.* Circa domos, per domos, de domo in domum.

CHAPITRE VI.

1. En ce temps-là, le nombre des disciples se multipliait. Il s'éleva un murmure de Juifs grecs contre les Juifs hébreux, de ce que leurs veuves étaient méprisées dans la dispensation de ce qui se donait chaque jour.
2. C'est pourquoi les douze ayant assemblé tous les disciples, leur dirent: Il n'est pas juste que nous quittions la parole de Dieu, pour avoir soin des tables.
3. Choisissez donc, ô nos frères, sept hommes d'entre vous, d'une probité reconnue, pleins de l'Esprit-Saint et de sagesse, à qui nous puissions confier cet emploi.
4. Et pour nous, nous nous appliquerons entièrement à la prière et à la dispensation de la parole.
5. Ce discours plut à toute l'assemblée, et ils éurent Philippe, Prochore, Nicanor, Timon, Parménas et Nicolas, prosélyte d'Antioche.
6. Ils les présentèrent aux apôtres qui, après avoir fait des prières, leur imposèrent les mains.
7. Cependant la parole de Dieu se répandit de plus en plus, et le nombre des disciples augmentait considérablement dans Jérusalem. Il y en avait aussi beaucoup d'entre les prêtres qui obéissaient à la foi.
8. Or, Etienne, qui était plein de grâce et de force, faisait de grands prodiges et de grands miracles parmi le peuple.
9. Et quelques-uns de la synagogue, appelée la synagogue des affranchis, et de celle des Cyréniens, et des Alexandrins, et de ceux de Cilicie et d'Asie, s'élevèrent contre Etienne, et disputaient avec lui.
10. Mais ils ne pouvaient résister à la sagesse et à l'Esprit qui parlait en lui.
11. Alors ils apostérèrent des gens, pour dire qu'ils

1177  
visse eum, dicentem verba blasphemie in Moysen, et in Deum.

12. Commoverunt itaque plebem, et seniores, et scribas, et concurrentes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium;

15. Et staturerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba adversis locum sanctum et legem:

14. Andivimus enim eum dicentem: Quoniam Jesus Nazareus hic destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses.

15. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem angeli.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — FACTUM EST MURMUR GRÆCORUM ADVERSUS HEBRÆOS. Græcè, ἐλλήνων, id est, Græcistarum, seu Græcizantium, scilicet Judæorum, qui extra Jædeam nati aut diti versati, Græcâ linguâ utebantur. Nemo enim gentiliū ante Cornelium Centurionem, de quo demum cap. 10, ad Christum conversus fuit. Fuit ergo horum murmur, eò quod despicerentur in MINISTERIO QUOTIDIANO VIDUÆ FORUM. Quidam interpretantur viduas ipsas ministrâsse mensis. Sed falluntur. Nam cùm subjungerent apostoli:

VERS. 2. — *NON EST ÆQUUM NOS DERELINQUERE VERBUM DEI, ET MINISTRARE MENSIS, satis indicant ministerium hoc seipsos hæctenus implesse. Itaque despici opponitur hic honorificentie, nec tamen loci eminentioris, sed uberioris portionis in elemosynarum vel rerum necessariarum distributione. Ad quem sensum dicit Apost. 1 ad Timoth. 5: Viduas honora, quæ verè viduæ sunt, et eodem cap.: Qui bene præsentant presbyteri, duplici honore digni habeantur.*

VERS. 3. — *VIRIS EX VOBIS BONI TESTIMONII SEPTEM.* Hic numerus videbatur presenti necessitati sufficere: et placebat propter septem dona Spiritus sancti. Ex eo quod hic dicitur: *Considerate, fratres, viros ex vobis, colligit Cyprian.,* epist. 68, non solum episcopos et presbyteros, sed et diaconos nonnisi sub populi assistentis consensu fieri oportere. De quo vide plenius supra ad caput 1, v. 25.

VERS. 4. — *NON VERÒ ORATIONI ET MINISTERIO VERBI INSTANTES ERIMUS.* Primum, ex hæc adversativâ, volunt novatores hos diaconos non esse assumptos ad ministerium verbi, sed tantum mensarum. At falluntur. Nam *instantes*, idem est, quod assidue intenti. Erant igitur apostoli assidue intenti orationi et ministerio verbi, diaconi verò mensis ordinariè; sed cùm

VERS. 1. — *In diebus illis quibus apostoli in carcerem missi sunt, et flagellis cæsi.*

In ministerio quotidiano. Hoc alii aliter interpretantur. Aliqui ministerium activè accipiunt, censentque Græcæ mulieres ab Hebræis deputatas ad viliora ministeria, nimirumque labore oppressas, vel repulsas, quasi rudiores, à ministrando, ut rariis ministrarent, quam Hebrææ. Alii ministerium accipiunt passivè, nimirum pro illo quo necessaria viduis et egentibus dividebantur; quod scilicet non ita promptè aut largitè daretur viduis Græcorum, ut viduis Hebræorum; uterque sensus verus esse potest, mihi tamen secundus magis arridet.

lui avaient entendu proférer des paroles de blasphème contre Moïse et contre Dieu.

12. Et ainsi ils émurèrent le peuple, les sénateurs et les docteurs de la loi; et, se jetant sur Etienne, ils l'enlevèrent, et l'emmenèrent au conseil.

15. Et ils produisirent contre lui de faux témoins, qui disaient: Cet homme-là ne cesse-point de parler contre le lieu saint et contre la loi;

14. Car nous lui avons entendu dire que le Jésus de Nazareth détruirait ce lieu-ci, et changera les traditions, que Moïse nous a laissées.

15. Cependant tous ceux qui étaient assis dans le conseil ayant les yeux sur lui, virent son visage éclater, comme le visage d'un ange

occasio se offerret, etiam prædicationi, ut patet mox de Stephano hoc cap. et cap. seq., et de Philippo diacono evangelizante Samaritis et eunucho Candacis regina, capite 8. Præterea movent scrupulum novatores, quasi hic nulla sit mentio sacrificii missæ. Sed comprehenditur illud sub nomine orationis, eodem modo quo Levit. 16 et alibi, de sacrificio dicitur: *Orabique pro eo sacerdos.* Et 2 Machab. 13, cùm Scriptura dixisset sacrificio pro mortuis offerendo, explicat illud per phrasim orandi, ita subjungens: *Nisi enim eos qui ceciderunt resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.* Unde meritiò Irenæus, vicinis apostolorum temporibus, lib. 4 contra hæreses, c. 5: *Sacerdotes, inquit, sunt omnes Domini apostoli, qui neque agros, neque domos hereditant hic, sed semper altari et Deo servantur. Ita ille. Et Beda in hunc locum: Hinc jam decreverunt apostoli et successores apostolorum per omnes Ecclesias diaconos, qui sublimiori gradu essent cæteris, et proximi circa aram etiâ assisterent. Sic illic.*

VERS. 5. — *ET ELEGERUNT STEPHANUM, VIRUM PLENUM FIDE.* Qui elegerunt? Vide supra, c. 1, ad illum versum 25: *Et staturerunt duos.* Cæterum, quod Stephanus dicitur plenus fide, sic intellige: *plenum fide,* id est, omnia que fidei sunt, eorumque rationes et fundamenta plenè callentem, non solum, quod ipse firmissimè in fide fuerit radicatus. Et PHILIPPU. De eo infra, c. 8. Sequitur: *ET NICOLAUM ADVENAM ANTIOCHEUM.* Irenæus, l. 4, c. 27; item Ignatius, epist. ad Trallianos, et Hieron., c. 8, adversus Lucif., et epist. 48, scribunt hunc Nicolaum auctorem fuisse sectæ turpissimæ Nicolaitarum, sectantium ut canes concubium promiscuum; de qua sectâ, teste Irenæo, Dominus Apoc., 2: *Quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi.* August.

VERS. 5. — *Plenos Spiritu sancto.* Neque enim satis erat bona existimatio et fama, sed ad ministerium tanti momenti ritè obendum, requireretur interna dispositio sanctitalis et profundiæ.

Quos constituantur super hoc opus, ministrandi sacris et profanis mensis. Sunt autem ad hoc constituti, non solum pro deputacione, sed etiam per sacram ordinationem quâ diaconi facti sunt.

VERS. 5. — *Advenam, Græcè ἐπιδησιαν, id est, proselytum.* Erat ergo hic Nicolaus primùm gentilis; sed postea conversus ad Judæismum; talis enim Græcè vocabatur proselytus, Latine, *advena.*

interim ad quod vult Deus, heresi 5, dicit Nicolaum butius turpitudinis non fuisse doctorem, dedisse tamen occasionem. Ut enim, inquit, se liberaret ab opprobrio zelotypie, dicitur uxorem suam permisisse quibusvis, inde verò alios concubitibus promiscuis defendere cepisse. Sic ille Epiph., her. 23, hoc modo narrat: Nicolaus diaconus, postquam cum uxore sua speciosa diu continenter vixisset, more (inquit Epiphanius) talium Christianorum (diaconorum videlicet), et tandem esset ea potius, veritus confusionem ausus fuit dicere: Nisi quis Venerem exerceret, non posset particeps fieri vite aeterna: Ita ille. Vide etiam si placet Irenæum, l. 1, c. 1. Sed ut ut est, non potest Nicolaus à gravissimo lapsu excusari.

VERS. 6. — ET ORANTES IMPOSUERUNT EIS MANUS. Chrysost. hoc modo: Hoc est, inquit, *hierosolymis*, id est, ordinatio. Manus enim viro superponitur, totum autem Deus operatur, et illius est manus, si quemadmodum oportet ordinatur. Hæc Chrysost. Huc revoca quæ dicta sunt, v. 4, ne quis credat novatoribus dicentibus diaconis tantum fuisse commissum ministerium mensuram. Adde quod Cyprian., epist. 65, affirmat apostolos constituisse diaconos episcopatus sui et ecclesie ministros. Non dicit tantum ecclesie ministros, sed et episcopatus, id est, episcopatus officii. Et epist. 40, diaconatum appellat ministerium sancte administrationis. Et tract. de lapsis, refert diaconum, solemnibus adaptatis, populo calcem administrare solem. Ita Cyprian.

VERS. 9. — DE SYRAGOGA, QUÆ APPELLATUR LIBERTINORUM, ET CYRENENSUM. Chrysost.: Cyrenenses quidem, inquit, ultra Alexandrinos sitū sunt; Libertini autem quia à Romanis libertate donati erant, sic appellabantur. Ita Chrysost. Alii exactius distinguunt, libertos vocantes, quia ipsi libertate donati sunt, Libertinos autem liberorum filios. Sed parum refert. Illud magis observandum, quod dicitur, DISCIPULOS SUB STEPHANO; nam inde sequitur Stephanum diaconum non

VERS. 7. — *Et verbum Domini crescebat.* Nam apostoli curâ mensuram liberati, impensis prædicationis operam dabant. Ut verò crescebat prædicatio, sic etiam fructus messis animarum illi correspondens.

*Multa etiam turba sacerdotum, communium, et minorum* (hæ enim vocantur turba) non sumorum et principum.

*Obediebat fidei.* Fidei et legi Christi se subiecit.

VERS. 8. — *Plenus gratia,* plenus charismatibus et donis sancti Spiritus.

*Et fortissime,* ad agendum, predicandam, disputandum et convincendos Judæos. Item ad subeunda pericula et mortem, si se daret occasio.

VERS. 9. — *Et eorum qui erant à Cilicia,* quæ hodie Caramania dicitur.

*Et Asia,* Minori, quæ Cilicie adiacet. Habebant ergo Jerosolymis variæ nationes suas distinctas synagagas, ut verbum Dei sub lingua audire possent; sic Romæ videmus Gallos, Hispanos, Germanos, Lusitanos, etc., peculiaris suæ nationis ecclesias habere.

VERS. 10. — *Resistere sapientia,* divina, quæ plenus erat S. Stephanus.

*Spiritus sancto,* qui loquebatur. Implebatur enim in Stephano prædicatio illa Christi, Matth. 10, 20: *Non timetis vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

tantum ministrasse mensis, sed etiam prædicasse verbum Dei, quod etiam v. 4, obiter notavimus. Ejus ergo prædicationi hi resistebant.

VERS. 12. — *COMMOVERUNT ITAQUE PLEBEM ET SENIORES; ET RAPEBUNT EUM.* Eodem modo quo illi, Levit. 24, comprehenderunt Ægyptium, qui blasphemaverat nomen Domini, ita tamen quod adduxerant eum in concilium, sicut et illi blasphemum illum ad Moysen.

VERS. 14. — *AUDIVIMUS EUM DICENTEM: QUONIAM JESUS NAZARENUS HIC DESTRUET LOCUM ISTUM.* Falsum erat testimonium; Christus enim nusquam dixerat destructuram templum aut urbem, sed tamen id futurum prædixerat, allegans Daniele, capite 9, ubi dicitur: *Civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo.* Nec enim conveniebat locum Deo dictum, urbemque sanctam, expleto etiam figura tempore, ab ipso Deo aboleri, prout et nunc de textu Scripturarum non est delecta lex ceremonialium judicialiumque, et poterat templum in usus christianos converteri. Interim pertinuit ad Dei providentiam permittere ut templum et urbs ab infidelibus, ad id sui impietate instigatis, diruerentur. Inde enim suppeditandum erat contra infidelitatem Judæorum Christianis fortissimum argumentum, quod ultra expectari non posset alius Christus. Quia cum de Christo, id est, promisso Messia scriptum sit: *Gloria Domini super te, ô Jerusalem, orta est.* Et: *De Stone erit lex, et verbum Domini de Jerusalem,* es similia multa, his jam debitis, nervos in Judæos cum Tertulliano, adversus eadem, c. 15, dicunt Christiani: Redde statum Judææ, quem Christus inveniat, et tunc alium Christum venire contende. Verba sunt Tertulliani.

VERS. 15. — *ET INTUENTES EUM OMNES, VIDERENT FACIEM EUS TANQUAM FACIEM ANGELI.* Epiph., epist. 80 inter epist. D. Hieron., c. 5: Primus Moyses, inquit, cujus fulsit facies, Exodi 34, velat fulgur et sol; secundus Elias, igneo cultu raptus, et ignis delictus.

VERS. 11. — *Summiserunt,* subordinant.

*In Moysen.* Per Moysen, vel intelligitur ipsa Moysi persona, quæ maximi libebat à Judæis; vel lex ab eo promulgata, quam docebat Stephanus abolitam esse à Jesh, qui erat Christus, filius Dei, et Moysæ major.

*Et in Decem.* Injuriam Deo illis videbatur affirmare Jesum esse filium Dei naturalem.

VERS. 15. — *Adversus locum sanctum.* Templum intelligunt, ut appareat ex versione per Jesum, de qua sequenti versiculo, aut etiam civitatem, quam idem Christus evertendam prædixerat, Luc. 19, 44.

*Et legen.* Vide dicta v. 11. Per legem fortassis intelligebant traditiones, ut colligitur ex sequenti versiculo.

VERS. 14. — *Traditiones,* id est, ritus, ceremonias, cultum legesque et instituta à Mose tradita. Summa ergo accusatio est: Stephanus dixit locum nostram in legem Jesu Christi transitoriam; Judaismum in Christianismum, Mosen in Christum, qui est Dei filius; ergo blasphemavit legem nostram, et Deum dando ejus divinitatem Jesu Christo, quem semetipsum esse meminit. Addebat mensuratur locum sanctum, cum non dixerit Stephanus id facturum Christianum, sed gentes juxta Christi prædicationem, Luc. 19, 44,

menta non sentiens; tertius Stephanus lapidabatur, et faciem habebat angeli, quæ ab omnibus cernelatur. Hæc Epiphanius. Cui consentiens Tertull., de Resurrectione, cap. 55: Ut præmoneret, inquit, in resurrectione carnis, non aliam nobis substantiam fore, sed

## CAPUT VII.

1. Dixit autem princeps sacerdotum: Si hæc ita se habent?

2. Qui ait: Viri fratres et patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan,

3. Et dixit ad illum: Exi de terrâ tuâ, et de cognatione tuâ, et veni in terram quam monstravero tibi.

4. Tunc exiit de terrâ Chaldeorum, et habitavit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, transiit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis:

5. Et non dedit illi hereditatem in eâ, nec passum pedis; sed repromisit dare illi eam in possessionem, et seminii ejus post ipsum, cum non haberet filium.

6. Locutus est autem ei Deus: Quia erit semen ejus acreola in terrâ alienâ, et servituti eos subicient et malè tractabunt eos, annis quadringentis:

7. Et gentem cui servierit, iudicabo ego, dixit Dominus; et post hæc exhibuit, et servituti mihi in loco isto.

8. Et dedit illi testamentum circumcisionis; et sic genuit Isaac, et circumcidit eum die octavo; et Isaac Jacob; et Jacob duodecim patriarchas.

9. Et patriarchæ æmulantes, Joseph vendiderunt in Ægyptum, et erat Deus cum eo:

10. Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus, et dedit ei gratiam et sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, et constituit eum præpositum super Ægyptum, et super omnem domum suam.

11. Venit autem fames in universam Ægyptum et Chanaan, et tribulatio magna; et non inveniebant cibos patres nostri.

12. Cum audisset autem Jacob esse frumentum in Ægypto, misit patres nostros primùm:

13. Et in secundo cognitus est Joseph à fratribus suis, et manifestatum est Pharaoni genus ejus.

14. Mittens autem Joseph, accessivit Jacob patrem suum, et omnem cognitionem suam in animabus septuaginta quinque:

15. Et descendit Jacob in Ægyptum, et defunctus est ipse, et patres nostri.

16. Et translati sunt in Sichem, et positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pro precio argenti à filiis Memor filii Sichem.

17. Cum autem appropinquaret tempus promissio-

nam gloriæ qualitatem, Stephanus angelicum jam fastidium induerat; sed non alta genia in passione cum positus oraret genibus. Ita Tertull. Videtur igitur Stephano ad similem cum Moyse auctoritatem, simile etiam quid donatum.

## CHAPITRE VII.

1. Alors le grand-père lui demanda si ce qu'on disait était véritable.

2. Etienne répondit: Mes frères et mes pères, écoutez: Le Dieu de gloire apparut à notre père Abraham, lorsqu'il était dans la Mésopotamie, avant qu'il demeurât à Charan,

3. Et lui dit: Sortez de votre pays et de votre parenté, et venez dans la terre que je vous montrerai.

4. Alors il sortit du pays des Chaldéens, et vint demeurer à Charan: et après que son père fut mort, bien le fit passer dans cette terre que vous habitez aujourd'hui,

5. Où il ne lui donna aucun héritage, non pas même où assoier le pied; mais il lui promit de lui en donner la possession, à lui et à sa postérité après lui, lorsqu'il n'avait point encore d'enfant.

6. Dieu lui prédit aussi que sa postérité demeurerait dans une terre étrangère: qu'elle y serait tenue en servitude, et que, fort maltraitée jusqu'au terme de quatre cents ans.

7. Mais le Seigneur lui dit: Exercerai ma justice contre la nation qui l'aura tenue en servitude; et après cela ils sortiront, et me serviront en ce lieu-ci.

8. Et il lui donna l'alliance de la circoncision, et ainsi Abraham ayant engendré Isaac, il le circoncit le huitième jour. Isaac engendra Jacob, et Jacob les douze patriarches.

9. Les patriarches, émus d'envie, vendirent Joseph, pour être mené en Egypte; mais Dieu était avec lui;

10. Et il le délivra de toutes ses afflictions; et l'ayant rempli de sagesse, il le rendit agréable à Pharaon, roi d'Egypte, qui lui donna la conduite de son royaume et de toute sa maison.

11. Cependant toute l'Egypte et la terre de Chanaan furent affligées d'une grande famine; et nos pères ne pouvaient trouver de quoi vivre.

12. Mais Jacob ayant entendu dire qu'il y avait du blé en Egypte, y envoya nos pères pour la première fois.

13. Et les ayant renvoyés une seconde fois, Joseph fut reconnu de ses frères, et Pharaon sut de quelle famille il était.

14. Alors Joseph envoya quérir Jacob son père, et toute sa famille, qui consistait en soixante-quinze personnes.

15. Jacob donc descendit en Egypte, où il mourut, lui et nos pères.

16. Et ils furent transportés en Sichem, où on les mit dans le sepulchre qu'Abraham avait acheté à prix d'argent des enfants d'Hémor, fils de Sichem.

17. Mais comme le temps de la promesse que Dieu

nis quam confessus erat Deus Abraham, crevit populus, et multiplicatus est in Ægypto.

18. Quoadque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Joseph.

19. Hic circumveniens genus nostrum, affixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne vivificarentur.

20. Eodem tempore natus est Moyses, et fuit gratius Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.

21. Expositus autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, et nutriti sunt sibi in filium.

22. Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, et erat potens in verbis et in operibus suis.

23. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor ejus, ut visitaret fratres suos filios Israel.

24. Et cum vidisset quendam injuriam patientem, vindicavit illum; et fecit ultionem ei qui injuriam sustinebat, percussu Ægyptio.

25. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis; at illi non intellexerunt.

26. Sequenti vero die, apparuit illis litigantibus; et reconciliabat eos in pace, dicens: Viri, fratres estis: ut quid nocetis alterutrum?

27. Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem et iudicem super nos?

28. Numquid interfecere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?

29. Fugit autem Moyses in verbo isto; et factus est advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.

30. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus in igne flammæ rubi.

31. Moyses autem videns, admiratus est visum; et accedente illo, ut consideraret, facta est ad eum vox Domini, dicens:

32. Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.

33. Dixit autem illi Dominus: Solve calcamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas terra sancta est.

34. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, et gemitum eorum audivi, et descendi liberare eos. Et nunc veni, et mittam te in Ægyptum.

35. Hinc Moysen, quem negaverunt, dicens: Quis te constituit principem et iudicem? Hinc Deus principem et redemptorem misit, cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo.

36. Hic eduxit illos, faciens prodigia et signa in terra Ægypti, et in Rubro mari, et in deserto annis quadraginta.

avait faite à Abraham s'approchait, le peuple s'accrut, et se multiplia beaucoup en Egypte,

18. Jusqu'à ce qu'il se leva un autre roi, qui ne connaissait point Joseph.

19. Ce prince, usant d'une malice artificieuse contre notre nation, accabla nos pères de maux, jusqu'à les contraindre d'exposer leurs enfants, pour en exterminer la race.

20. En ce temps-là naquit Moïse, qui fut agréable à Dieu: il fut nourri pendant trois mois dans la maison de son père.

21. Ensuite ayant été exposé, la fille de Pharaon le prit, et l'éleva pour être son fils.

22. Ainsi Moïse fut instruit dans toute la sagesse des Égyptiens; et il était puissant en paroles et en œuvres.

23. Mais, quand il eut atteint l'âge de quarante ans, il lui vint dans l'esprit d'aller visiter ses frères, les enfants d'Israël;

24. Et voyant qu'on faisait injure à quelqu'un d'eux, il le défendit et le vengea, en tuant l'Égyptien qui l'outrageait.

25. Il pensait que ses frères comprendraient que ce serait par sa main que Dieu les délivrerait, mais ils ne le comprennent pas.

26. Car le lendemain, s'étant trouvé avec quelques-uns d'eux qui se querellaient, et tâchant de les accommoder, il leur dit: Mes amis, vous êtes frères; comment vous faites-vous injure l'un à l'autre?

27. Mais celui qui faisait injure à l'autre, le rebuta, en lui disant: Qui vous a établi prince et juge sur nous?

28. Ne voudriez-vous point me tuer, comme vous tûtes hier cet Égyptien?

29. Cette parole lui causa que Moïse s'enfuit; et il demeura comme étranger au pays de Madian, où il eut deux fils.

30. Quarante ans après, un ange lui apparut au désert de la montagne de Sina, dans la flamme d'un buisson qui brûlait.

31. Ce que Moïse ayant aperçu, il fut fort surpris de ce qu'il voyait; et s'approchant pour considérer ce que c'était, il entendit la voix du Seigneur, qui lui dit:

32. Je suis le Dieu de vos pères, le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob. Et Moïse tout tremblant n'osait regarder.

33. Alors le Seigneur lui dit: Otez vos souliers de vos pieds, car le lieu où vous êtes est une terre sainte.

34. J'ai vu et considéré l'affliction de mon peuple qui est en Égypte; j'ai entendu leurs gémissements, et je suis descendu pour les délivrer. Venez donc maintenant, afin que je vous envoie en Égypte.

35. Ce Moïse qu'ils avaient rebuté, en disant: Qui vous a constitué prince et juge? fut celui-là même que Dieu envoya pour être leur prince et leur libérateur, sous la conduite de l'ange qui lui apparut dans le buisson.

36. Ce fut lui qui les délivra, faisant des prodiges et des miracles en Égypte, dans la mer Rouge, et au désert, durant quarante ans.

37. Hic est Moyses qui dixit Israei: Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tanquam me: ipsum audietis.

38. Hic est qui fuit in ecclesia, in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, et cum patribus nostris; qui accepit verba vite dare nobis.

39. Cui noluerunt obedire patres nostri; sed repulerunt, et aversi sunt cordibus suis in Ægyptum.

40. Dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui precedant nos: Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei.

41. Et vitulum fecerunt in diebus illis, et obtulerunt hostiam simulacro, et lætabantur in operibus manuum suarum.

42. Convertit autem Deus, et tradidit eos servire militia oculi, sicut scriptum est in libro prophetarum: Numquid victimas et hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

43. Et suscepistis tabernaculum Moloch, et sidus dei vestri Rempham, figuras quas fecistis, adorare eas: et transferam vos trans Babylonem.

44. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moysen, ut faceret illud secundum formam quam viderat.

45. Quod et induxerunt, suscipientes patres nostri cum Jesu in possessionem gentium, quas expulsi Deus à facie patrum nostrorum, usque in diebus David.

46. Qui invenit gratiam ante Deum, et petit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.

47. Salomon autem edificavit illi domum.

48. Sed non Excelsus in manufactis habitat, sicut propheta dicit:

49. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: quam domum edificabitis mihi? dicit Dominus: aut quis locus requietionis mee est?

50. Nonne manus mea fecit hæc omnia?

51. Duræ cervicæ, et incircumcisus cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis; sicut patres vestri, ita et vos.

52. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? et occiderunt eos qui prænantabant de adventu Justo, cujus vos nunc proditores et homicidæ fuistis:

53. Qui accepistis legem in dispositione angelorum, et non custodistis.

54. Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, et stridebant dentibus in eum.

55. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem à dextris Dei, et ait: Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem à dextris Dei.

56. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimitè in eum:

37. C'est ce Moïse qui a dit aux enfants d'Israël: Dieu vous suscitera d'entre vos frères un prophète comme moi; écoutez-le.

38. C'est lui qui, pendant que le peuple était assemblé dans le désert, s'entretenait avec l'ange qui lui parlait sur le mont de Sina; c'est lui qui était avec nos pères, et qui a reçu les paroles de vie, pour nous les donner.

39. Nos pères ne voulurent point lui obéir; mais ils le reboutèrent, retournant de cœur en Égypte,

40. Disant à Aaron: Faites-nous des dieux qui marchent devant nous; car nous ne savons ce qu'est devenu ce Moïse qui nous a tirés du pays d'Égypte.

41. Et ils firent en ces jours-là un veau; et ils sacrificèrent à cette idole, et ils mettaient leur joie dans l'ouvrage de leurs mains.

42. Alors Dieu se détourna d'eux, et les abandonna à l'aveuglement d'adorer la milice du ciel, selon qu'il est écrit dans le livre des prophètes: Maison d'Israël, n'avez-vous offert des sacrifices et des hosties dans le désert durant quarante ans?

43. Au contraire, vous avez porté le tabernacle de Moloch, et l'astre de votre dieu Rempham, qui sont des figures que vous avez faites pour les adorer. C'est pourquoi je vous transporterai au-delà de Babylone.

44. Nos pères eurent, dans le désert, le tabernacle du témoignage, comme Dieu, parlant à Moïse, lui avait ordonné de le faire selon le modèle qu'il avait vu.

45. Et nos pères l'ayant reçu, ils l'emportèrent, sous la conduite de Josué, au pays qui avait été possédé par les nations que Dieu chassa devant eux. Et ce tabernacle subsista jusqu'au temps de David.

46. Qui trouva grâce devant Dieu, et qui lui demanda qu'il pût bâtir une demeure au Dieu de Jacob.

47. Ce fut néanmoins Salomon qui lui bâtit un temple.

48. Mais le Très-Haut n'habite point dans les temples faits par la main des hommes, selon cette parole du prophète:

49. Le ciel est mon trône, et la terre est mon marche-pied: quelle maison me bâtirez-vous? dit le Seigneur, et quel pourrait être le lieu de mon repos?

50. Ma main n'a-t-elle pas fait toutes ces choses?

51. Têtes dures et hommes incircumcisés de cœur et d'oreilles, vous résistez toujours au Saint-Esprit, et vous êtes tels que vos pères ont été.

52. Qui est le prophète que vos pères n'ont pas persécuté? Ils ont tué ceux qui présidaient l'avènement du Juste que vous venez de trahir, et dont vous avez été les meurtriers;

53. Vous qui avez reçu la loi par le ministère des anges, et qui ne l'avez point gardée.

54. À ces paroles ils entrèrent dans une rage qui leur déchirait le cœur, et ils grinçaient des dents contre lui.

55. Mais Étienne étant rempli du Saint-Esprit, et levant les yeux au ciel, vit la gloire de Dieu, et Jésus qui était debout à la droite de Dieu, et il dit: Je vois les cieux ouverts, et le Fils de l'homme qui est debout à la droite de Dieu.

56. Alors, poussant de grands cris, et se bouchant les oreilles, ils se jetèrent tous ensemble sur lui;

57. Et eicientes eum extra civitatem, lapidabant ; et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adlescentis, qui vocabatur Saulus.

58. Et lapidabant Stephanum invocantem, et dicebant : Domine Jesu, suscipe spiritum meum.

59. Positis autem genibus, clamavit voce magna, dicens : Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci ejus.

57. Et l'ayant entraîné hors de la ville, ils le lapidèrent ; et les témoins mirent leurs vêtements aux pieds d'un jeune homme nommé Saul.

58. Ainsi ils lapidaient Etienne, qui priait et qui disait : Seigneur Jésus, recevez mon esprit.

59. S'étant mis ensuite à genoux, il s'écria à haute voix : Seigneur, ne leur imputez point ce péché. Après cette parole, il s'endormit dans le Seigneur. Or, Saul avait consenti à la mort d'Etienne.

COMMENTARIA.

VERS. 2. — CUM ESSET IN MESOPOTAMIA, PRUENSCAM MORABATUR IN CHARAN. Quomodo istud verum sit cum Charan sit civitas ipsius Mesopotamiae? Respondet Beda: In Genesi videtur locutus Deus Abraham post mortem patris, qui utique in Carra (nobis Charan et Haran) mortuus est. Sed et jaupridem de terra Chaldaeorum exerat, qui nunc in Mesopotamia degebat. Verum quia quasilibet ob causas egrediens, spe redeundi tenebatur, ideo rursum audit: Exi de terra tua. Ita Beda. Et similiter D. August. ante eum, totidem fore verbis, lib. 16 de Civit. Dei, c. 45. Itaque priusquam moraretur in Charan, id est, priusquam ibi firmam habitationem constituisset.

VERS. 5. — ET NON DEDIT ILLI HEREDITATEM IN RA, NEC PASSUM PEDIS. Intelligit quod Deus illi tunc non dedit. Interim ipse aliquid pretio emit, ut patet in Genesi. Vide August., in Genes., quest. 56.

VERS. 6. — QUIA ERIT SEMEN EJUS ACCOLA IN TERRA ALIENA, ET MALE TRACTABUNT EOS ANNIS QUADRINGENTIS. De hoc Chrys. in c. 18 Gen.: Verum, inquit, hic si quis addiderit quomodo quadringentis annis dicitur servare eos, quamvis nec dimidium eorum fuerint ipsi in Aegypto. Et propterea non dixit, quod in Aegypto futuri sint annis quadringentis, sed in terra non sua, ut computetur et tempus, quo ex Charan egreditur. Ita Chryostomus. Et eodem modo August., quest. 47, super Exodum; et Beda hoc loco. Sed quid agimus de textu nostro vulgato Exodi 12, v. 40, qui dicit: Habitatio autem filiorum Israel, qui manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum? Re-

VERS. 1. — Si hoc, pro, an hoc.  
VERS. 2. — Viri fratres, et patres. Fratres vocat sibi aequales et coevos; Patres vero seniores, pontifices, et iudices, coram quibus causam suam agerat in concilio.  
Deus gloria, id est, gloriosus.  
VERS. 4. — Et inde. Hic consequenter recitatur brevis historia Abrahamae, in terra promissionis, dicens. Et inde, postquam, etc., reiterando praeceptum illud: Exi de terra tua. Aliqui tamen dicunt quod illud quod hic dicitur: Exi de terra, etc., dicitur per anticipationem; et quod solum dictum fuit ei semel post mortem patris. Sed melius concordat littera, quod his.  
(Lyranus.)  
VERS. 7. — Judicabo, condemnabo, ulciscer, et puniam. Deus enim occidit Pharaonem, et exercitum ejus in mari Rubro.  
Et post haec exiit, de Aegypto in terram Chanaan, quam eis promisit.  
VERS. 8. — Testamentum circumcisionis, pactum sive foedus.

spondeo, sensus est: Fuit magna pars et complementum quadringentorum illorum annorum. Hunc enim sensum indicant etiamam Hebraea regia (et sane noster textus est ex Hebraeo) quae sic habent: Habitatio filiorum Israel, qui habitaverunt in Aegypto, triginta anni et quadringenti anni, et fuit à fue triginta annorum et quadringentorum annorum. Ita Hebraea, apertè significat filios Israel quidem habitasse in Aegypto tempore illorum 450 annorum, sed in illorum hinc tantum. Et propterea 70 Interpretes sensum Exodi magis ponentes quam verba, legunt: Incolatus filiorum Israel, quoniam incoluerunt in terra Aegypti, et Chanaan, quadringenti triginta anni sunt, prout allegat D. August. loco in Exodum allegato, et Epiphanius in Anchorata. Haec quadringenti anni, de quibus ex Genes. 15, hic Stephanus, computari debent à nativitate Isaac usque ad datam in Sinai legem, idque quia hic dicitur: Semen tuum erit accola; id autem verum esse non potest nisi à tempore quo Abraham senem habere coepit. Illi vero anni quadringenti triginta, de quibus Exodi 12, et ad Galat. 3, computari debent à promissione facta Abrahamae, Genes. 12.

VERS. 14. — MITTENS AUTEM JOSEPH, ACCERSIT PATREM SUUM, ET OMNEM COGNATIONEM IN ANNIBUS SEPTUAGINTA QUINQUE. August., l. 16 de Civit., cap. 40: Non quia simul jam erant omnes, quando Aegyptum ingressus est Jacob, sed totum tempus habetur ejus ingressus, quo vixit Joseph, per quem videtur ingressus. Sic Augustus. Haec et illud verum est, quod in vulgato textu, Genes. 46, dicantur ingressus Aeg-

Duodecim patriarchas. Filios suos, qui dicantur patriarchas, id est, patres principales à pater et archas, quod est princeps, quia ab ipsis denominatur 12 tribus Israel. Et dedit, etc. Ad exponendum ejus sonum de felicitate et sterilitate terrae. (Lyranus.)

VERS. 9. — Amulantes, in identes.  
Et erat deus cum eo; educens eum è carcere, et ad Aegypti praefecturam evehens, et omnia quae ab illo gerebantur secundum et prosperans.

VERS. 10. — Et eripuit, etc. Primò de manibusvolentiam eum occidere; secundò, de cisterna ubi manserunt eum mortuum fame; tertio de carcere regis Aegypti, ubi posuit eum magister militum, Gen. 41.  
(Lyranus.)

VERS. 11. — Venit autem, etc. Genes. 42.  
Misi, etc., filios suos. (Lyranus.)

VERS. 12. — Patres nostros, filios suos, ex quibus Israhelitarum genus omne prognatum est.

VERS. 15. — Et in secundo, scilicet adventu, cum iterum redisset in Aegyptum.

ptum animæ septuaginta, et hic septuaginta quinque; major enim numerus non excludit minorem. Quin et utrumque, prout Augustus indicat, commodè intelligendum est. Nam nec septuaginta quidem inveniuntur, nisi computato simul Joseph et duobus ejus filiis Ephraim et Manasse, qui sanè nati sunt in Aegypto, nec ingressi dici possunt Aegyptum, nisi in patre suo Joseph, et avo Jacob. Quid ergo incommodi, si Stephanus, juxta versionem Septuaginta, dicat septuaginta quinque? Scilicet eo in numero similiter comprehenduntur duo filii Manasse, et tres Ephraim. Cur autem Lucas et hoc loco, et in Evang. cap. 5, inserens Cainan, secutus sit Septuaginta potius quam Hebraea, illa potissimum causa videtur, quod et Christus, Joan. 6, illa verba: Erant omnes docibiles Dei, ex eadem editione Septuaginta alligavit, et eo ipso ostendat editionem illam apud Judaeos fuisse in auctoritate.

VERS. 15. — ET DEFUNCTUS EST IPSE (JACOB) ET PATRES NOSTRI. — VERS. 16. — ET TRANSLATI SUNT IN SICHEM, ET POSITI SUNT IN SEPULCRO; QUOD EMIT ABRAHAM, etc. Ossa Joseph sepulta esse in Sichem, patet Josue 24. Jacob autem Genes. 49, mandat se sepeliri in sepulcro Abrahamae, Sarae et Isaac, quod sepulcrum est juxta Hebron et Mambrè, ut patet Genes. 25, loco omnino diverso à Sichem, ut mirum videretur quomodo Stephanus ea loca quasi conjungat? Ideò quidam (inter quos Melchior Canus) dixerunt Stephanum hic memoriam lapsum. Verum, sicut Augustus, lib. 2 de Consens. evang. cap. 12, de evangelistis dicit, æquum esse ab iis omnino falsitatem, etiam quae obviscendo committitur, propulsare, ita nec in Stephano, qui plenus Spiritu sancto loquebatur, eam admittendam censens. Sed quomodo superiora conciliabimus? tum item, quid sepulcrum emit Abraham à filiis Hemor, filii Sichem? eum illud emerit ab Ephron, filio Seor? (ut est dicto cap. 23 Genes.) Et Jacob aliud sepulcrum emerit juxta Salem urbem Sichimirum à filiis Hemor patris Sichem? Sic enim legitur Genes. 35. Di-

VERS. 17. — Promissionis, multiplicandi semen Abrahamae sicut stellas caeli, et sicut arenam quae est in litore maris.

Confessus. Aliqui loquuntur, professus. In Graeco, ἀποβέβηκε, juraverat. Syrus, juramento promiserat. Noster interpres videtur legisse in textu Graeco, ἀποβέβηκε.

VERS. 18. — Non sciebat Joseph, ignorabat quanta beneficia Joseph Hebraeos contulisset Aegypto, idèò quod ab Hebraeis aversus, eos affligebat.

VERS. 19. — Circumveniens genus nostrum, falsis et sophisticae rationibus implicans. Hoc est quod Exodi 1, 20, dicebat novus ille Pharaon: Venite, sapienles opprimamus eum. Porro hi doli et fraudes Pharaonis narratur Exodi 1, scilicet primò, quod vectigalibus et laboribus formidatorum lapidum eos afflixerit. Secundò, quod obstetricibus mandavit ut infantes masculos, in partu clam occiderent. Tertio, quod jussert ut jam natos in flumen proficerent.

Exponeret, scilicet occidendos.  
Ne viciferarentur, ne vivi servarentur.

VERS. 20. — Qui fuit gratus Deo. Graecum, βεβεκε, significat elegantem, ut veritè noster interpres, Exodi 2, 2, de eodem Moyse sermonem faciens. Hic autem ponitur pro εὐχρηστος, aut πρὸς ἕλεος, gratus, jucundus.

VERS. 21. — Sustulit filia Pharaonis, etc.; id est,

versitas haec in speciem tam multiplex torsit multorum ingenia. Sed simplicissimè videntur haec sic posse exponi: Et defunctus est ipse (Jacob) et patres nostri, etc. Et translati sunt in Sichem; scilicet patres nostri patriarchae (nam de Jacob patet illum non sepultum in Sichem, sed juxta Hebron, ut ostendimus ex Genes. 49). Ad deinde quod sequitur: Et positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham. Scilicet, quod illic postea honoris causa sint translati, eodem sepulcro cum Abraham, Isaac et Jacob conditi. Porro quod Stephanus dicit, Abraham sepulcrum illud emisse à filiis Hemor filii Sichem, et Genes. 25; dicatur illud emisse ab Ephron filio Seor, responderi potest quod Stephanus nomine filiorum Hemor, verissimiliter intelligat vocem illam totam, quae Genes. 25, alio nomine vocentur filii Heih, èd quod nonnisi illo inventu Abraham sepulcrum illud ab Ephron obtiniverit. Haec tamen obsequè praedictio melioris sententiae.

VERS. 22. — ET DEDITUS EST MOYSES OMNI SAPIENTIA AEGYPTIARUM. Basil., hom. 24: Animus, inquit, cui praecellens veritas fructus est, non abs re exteriori sapientia circumdatur, sicut foliis quibusdam unbram praebentibus. Dicitur enim et Moyses Aegyptiorum discipulis mentem exercitatus, ut et Daniel cum tribus pueris discipulis Babilonicis, qui in parte August., lib. 2 de Doct. christ., cap. 40, elegantè docet Moysen Aegyptiorum sapientiam in usus verè sapientiae convertentem, spiritualiter spoliassè Aegyptum. Et Hieronymus in cap. 1 Danielis: Daniel, inquit, et pueri deditus sapientiam Babilonis, non ut sequeretur, sed ut judicaret, atque convinceret. Et nonnullis interjectis: Dicitur ergo Daniel et pueri èd mente doctrinam Chaldaeorum, quae Moyses omnem sapientiam didicerat Aegyptiorum. Haec Hieron. Vide etiam si placet August., l. 18 de Civit. Dei, cap. 37 et 39.

VERS. 24. — ET FECIT ULTIONEM EI QUI INIURIAM SUSTINEBAT, PERCUSO AEGYPTIO. De hoc sic Augustus, nutriri fecit sibi in filium; quia adoptavit eum. Et haec omnia habentur, Exod. 2, ubi diffusius ea explicatur.  
(Lyranus.)

VERS. 22. — Potens in verbis, etc., sapiens et efficax in veris et operibus suis.

VERS. 25. — Quadringentorum annorum tempus, quo tempore perseveravit Moyses in domo regia, langham regius filius.  
Ascendit in cor ejus, incidit illi cogitatio à Deo immissa.

Ut visitaret fratres suos, à quibus abesse, et eorum videre durum servitum molestissimum erat.

VERS. 25. — Existimabat autem, etc. Cum tantus esset vir à Deo admirabili illa ratione servatus ab aquis, et insiguit illa vindicta animi, et etiam corporis fortitudinem, zelum salutis populi sui ostendisset.

At illi non intellexerant, quasi dicit, duri et perrivacae, quod perpetuum est genus huius vitium.

VERS. 26. — Sequenti verbò, etc., id est, duobus Hebrais adinvicem rixantibus, Exodi 2, 6.

Et reconciliabat, etc., volens eos reducere ad pacem et amicitiam. (Lyranus.)

VERS. 27. — Qui autem iniuriam faciebat, increpat super hoc: Repulit eum, id est, ejus manum, et

BIBLIOTECA CENTRAL

lib. 22 contra Faust., c. 70 : Anima, inquit, virtutis capaces et fertiles, prœmittunt sæpè vitia, quibus hoc ipsum indicent, cui virtuti sint potissimum accommodata, si fuerint preceptis exculte. Sic scilicet ille animi motus qui fuit in Moysè, cum occidit Ægyptium, non virtutum fructibus (futuris scilicet) inutilis erat, sed adhuc incultus, vitiosa quidem, sed magnæ fertilitatis signa fundens; prout gladius Petri, et zelus Pauli ante conversionem. Ita August. Videri quidem posset, ex verbis Stephani subjectis, Moysen jam tum auctoritate Dei hoc fecisse, sed verba illud non convincunt, et nondum tunc principatum illi fuisse concedit Basilus quoque testatur, hom. 1 Hexameron : Moyses, inquit, erat naturâ supràte compositus, ut summo semper amare iusti et æqui fuerit observans et tenax, quandoquidem vel priusquam populi principatus ipsi esset conceditus, tam ad totius improbitatis odium naturâ propendebat, ut ad necem usque de his ultionem expetirit, qui iniuriam proximo priores intulerant. Hæc Basil.

VERS. 50. — APPARUIT ILLI ANGELUS IN IGNE FLAMMÆ RUBI. De hoc Ambros. in psal. 45 : Quis est in rubro visus Moysi? nisi primogenitus Filius Dei? qui ait: *Ego sum Deus patrum tuorum*, idem autem se demonstravit humanis aspectibus, quia venturus erat, ut ab omnibus videretur. Et idem, de Fide contra Arrianos, cap. 8 : Filius, inquit, in formâ corporis humani visus est, quo scilicet postremis temporibus in homine venturus esse monstraretur. Sic ille. Et similia habet Leo, epist. 15. August. tamen librum relinquunt existimare angelum hunc vel in personâ Filii, vel totius Trinitatis apparuisse, maxime serm. 57 de Diversis, tituli et Hier. de Tradit. Hebr. De modo quo apparuit angelus, et locutus est, sic August., lib. 2 de Trinit., cap. 15 : Si, inquit, in Sina apparuit Filius Dei, assumptum erat aliquid creaturæ, quod ad presens negotium visibiliter appareret; et inde voces sensibilibus ederentur, quibus præsens Domini per subjectam creaturam, corporeis etiam sensibus hominis, sicut oportebat, exhiberetur. Hæc August.

VERS. 51. — MOYSES AUTEM VIDENS, ADMIRATUS EST VISUM, scilicet flammæ rubi. Nec sanè immerito ad inerepationem. Dicit :

*Quis te constavit, etc.* Quasi dicat, in usurpatis tibi indebitam potestatem. Ex quo potest quod iste non intellexit quod Moyses esset constitutus à Deo tutor et liberator populi. Et quia injurias habebat aliquos sibi faventes et idem sentientes, idè supra dixit pluraliter, et illi non intellexerunt. (Lyrantus.)

VERS. 28. — *Nunquid interficere*, etc. Illud quod erat secretum publicavit in tantum quod ad aures Pharaonis, et *quereret occidere Moysen*, Exod. 2; idèo subditur: (Lyrantus.)

VERS. 29. — *Fugit autem, etc.* Id est, propter publicationem hujus facti, ne occideretur. (Lyrantus.)

In verbo isto, ad verbum istud, quia videbat propalatum esse suam eadem quam palabat occultam.

VERS. 50. — *Explicetis*. Ille consequenter describitur Moysi legatio, secundo legationis impleto, ibi : *Hic eduxit*. Prima adhuc in duas partes dividitur, quia 1<sup>a</sup> S. Lucas facti propositum; 2<sup>a</sup> infert quoddam corollarium, ibi : *Hunc Moysen*. Circa primum primò describitur tempus legationis, cum dicitur : *Explicetis*

miratur hoc visum Moyses. Nam et Patres diversum illud interpretantur. Ecclesiasticum officium, sequens Theodoretum, Chrysostomum, Isychium, Bernardum, hoc modo canit in laudem Dejipare : Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix. D. Ambr. tamen, l. 1 de Spiritu sancto, cap. 16, hoc modo de illo disserit : Urebatur rubus, non comburebatur, eò quòd illo mysterio Dominus figuraret, quia illuminaturus spinas nostri corporis adveniret, non consumpturus ærumnatos, sed mitigatorus ærumnas. Ita ille. August., serm. 86 de Tempore, et 57 de Diversis, et de Verbis : *Ego sum qui sum*, per rubum intelligit duritiam Judæorum, que igni Spiritus sancti obstitit, et per id ab eo consumpta non est. Sed nihil obstat plura eodem typo designari. Nec obstat sensui quem Ecclesia decantat, quòd August., tractatu illo de Verbis : *Ego sum qui sum*, in fine tomj 6, dicit rubum, cum sit spinæ genus, non accipi in bonum, eò quòd admissio peccato, terra spinas et tribulos generare cœperit; inde enim tantum sequitur spinam significare penas peccati. Et sanè Maria non comparatur rubo, nisi ratione suæ mortalitatis, que toti generi humanæ penaliter inflicta, et ipsam pervasit. Igitur angelus apparet in rubo (que arbustula est spinosa, teste Hieron. in cap. 8 Amos, proferens morda, que pastorum famem consolentur) et quidem in igne flammæ rubi, ut sicut per flammam ignis indicabat suæ divinitatis personam, ita per rubum significaret humanam quam erat assumpturus naturam ex Virgine Mariâ, ipsâ Virgine permanente.

VERS. 32. — TREMFACUS AUTEM MOYSES, NON AUDEBAT CONSIDERARE. Reverentia scilicet Dei ipsam ab aspectu cohibente; sicut et Publicanus non audebat oculos ad cœlum levare. De hoc, et de solvendo caleamento, ita Ambros., serm. 8 in psal. 118 : Moysi comprehendamus affectum. Videre Dei vultum quasi innocens gestiebat, et forsattè quia adhuc frequentioribus Dei visitationibus mundus à vito non foret, nec fuerit in principio perfectus, utpote qui dictum est : *Solve caleamentum pedum*, quod de Ægypto de-  
*autem quadraginta annis, à fugâ Moysi de Ægypto.*  
(Lyrantus.)

VERS. 55. — *Solve caleamentum pedum tuorum*. Modus erat antiquorum specialiter Hebræorum, ut ingredi loca sancta pedibus caleatis; unde et Saraceni adhuc tenent hunc modum, quia non ingrediuntur locum divini cultus, nisi disalceatis pedibus, ut à fide dignis intellet.

Locus enim in quo stas, terra sancta est. Propter apparitionem divinam ibidem, modo dicto. (Lyrantus.)

VERS. 54. — *Videns vultu afflictionem populi mei*, oculo pietatis, et cum affectu miserationis, idèo sequitur :

Et descendi liberare. Deo autem descendere non convenit, nisi per effectum commiserationis, sed angelo qui loquebatur, bene competit descendere et ascendere secundum motum localem, eò modo quo motus localis competit angelis.

Et nunc veni, promptè obediendo mihi. Mittam te, ad liberandum populum; sic patet legi-

tulerat, hoc est, corporeæ conversationis involucrem, idèo faciem Dei adhuc videre nec poterat, nec audebat. Hæc Ambròs.

VERS. 57. — HIC EST MOYSES, QUI DIXIT : PROPHE TAM SUSCIPIT VOBIS DEUS, etc. Locus est Deuter. 18, quem et vide supra, cap. 3, vers. 22, à Petro allegatum, et à nobis explicitum. Ceterum, eundem locum etiam Stephanus producit, ut hic quidem insinuet, postmodum verò, si permissus fuisset orationem suam absolvere, concluderet Jesum Nazarenum à Moysè fuisse prenuntiatum, ac proinde se, prædicando Jesum esse Christum, nihil dicere contra Moysen, quod adversarii ejus falsi testes supra criminati sunt, doctoret.

VERS. 45. — ET SIDES DEI VESTRI REMPHAM. Hebræi loco illo Amos 5, habent *Copham*, et ab Hieronym. aliisque dicitur esse *Lucifer*. Stephanus autem hic iterum allegat translationem Septuaginta, qui pro *Copham*, posuerunt *Rempham*, eo argumento quòd editio Septuaginta in synagoga habuerit auctoritatem ad determinandas etiam fidei controversias, nam talis hoc loco controversia agitatur. Unde consequitur quòd quemadmodum hæretici nostri temporis in auctoritatem recipiunt libros ex canone Hebræorum, ipsos eadem ratione in auctoritatem recipere debere

tiò injuncta Moysi. (Lyrantus.)

VERS. 55. — *Quem negaverunt*, quem agnoscere noluerunt liberatorem populi sui.

Cum manu angeli, id est, per manum et ductum angeli.

Hunc Moysen, quem patres vestri negaverunt, id est, detrectarunt habere principem, vel invitit illis, manu, id est, ope et ductu angeli, constituit principem et redemptorem populi : supple, pari modo Christum à vobis reprobatum, vel invitit vobis constituit redemptorem et principem, tum vestrum, tum totius universi :

VERS. 56. — *Hic eduxit*. Hic consequenter describitur impleto legationis injunctæ Moysi. Et dividitur in duas partes, quia primò facit propositum, secundo infert corollarium ibi : *Cum volerant*. Circa primum dicitur. (A.)

Eduxit illos, sicut erat sibi injunctum.

*Factus prodigia*, sicut patet à principio Exodi 3, usque ad finem 12.

Et in deserto, ut patet in libro Numerorum et Deuteronom.

VERS. 58. — *Hic est qui fuit in ecclesiâ, etc.*, id est, in populi fidelis coetu, et congregatione cui ipse præerat.

Verba vitæ, decalogum, aliasque Dei leges, quarum observatione ad vitam beatam et æternam in oculis ingredimur.

VERS. 39. — *Aversi sunt cordibus suis in Ægyptum*, Ægypti desiderio flagrantes, et illuc redire volentes.

VERS. 40. — *Dicentes ad Aaron*, Exod. 50.

*Fac nobis deos*. In hoc enim rebellabant Deo, qui eos eduxerat de Ægypto, et etiam Moysi ejus ministro, cum subdicitur : *Moysi enim huic, etc.*  
(Lyrantus.)

VERS. 41. — *Et vitulum fecerunt*, quia Aaron ad faciendum coegerunt, et aurum ei ministraverunt.

Et obulerunt hostium simulacro, quam debebant offerre soli Deo. (Lyrantus.)

Et intenderunt in operibus manuum astrarum, circa idolum quod excitaverant cantantes, saltantes, convivia agitantes.

interpretationem Septuaginta; cujus enim condere canonem, ejusdem esse canonicorum librorum asserere atque astruere interpretationem. Sed questio oritur, quomodò Stephanus in verbis præcedentibus ex Amos videretur dicere Israellem servisse tois annis 40 in deserto? quandoquidem Balaam dicit Num. 25 : *Non est cugurium in Jacob, nec divinitas in Israel*. At respondet August., epist. 48 : Habent Scripturæ canonice hunc arguendi morem, ut tanquam omnibus dicatur, et ad quosdam verbum pertinet. Balaam ergo sic locutus est, quia non publica erat idololatria, Amos autem de malis locutus est. Ita August. ET TRANSFERAM VOS TRANS BABYLONEM. Amos capite illo 5 habet, trans Damascum. Dicit verò Hieron. : Non est putandus primus martyr errasse, qui pro Damasco, posuit Babylonem; magis enim intelligentiam quam verbum posuit. Nam trans Damascum ducti sunt in Babylonem. Hæc Hieron. Et hoc quidem quòd, in Babylonem, non habet tantum difficultatem; id enim ex historici Regum manifestum est. Quò verò ratione dicantur à Stephano ducti trans Babylonem, id aperire debet secundum liber Machab., cap. 1, qui dicit : *Cum in Persidem ducerentur patres nostri*, et proinde trans Babylonem, quia teste Hieronymo in cap. 25 Jerem., regio Persidis trans Babylonem est, sic scilicet, ut quidam ex

VERS. 42. — *Converti autem Deus*, avertit se ab eis Deus. Potest etiam activè intelligi, sicut et verbum sequens, tradidit; sic psalm. 104, 23, habemus : *Converti cor eorum ut odirent populum ejus*, et sensus erit Deum convertisse et tradidisse eos, non positive impellendo, sed permissivè et occasionaliter, minimùm deserendo eos suâ ope et gratiâ, et occasiones objiciendo in penam rebellionis, et præcedentium peccatorum.

Militie cœli, soli, lune et astris, que phrasi Scripturæ militia cœli dicitur.

In libro prophetarum, Amos 5, 23.

VERS. 41. — *Tubernaculum testimonii*, id est, federa. Dicitur testimonium, quia continebat arcam, in qua erant tabule legis; vocatur testimonium, quia Judæis testabatur voluntatem Dei, quod scilicet eis præcipere, quidque ab eis exigeret Deus.

Dispauit, ordinavit.

Secundum formam quam viderat. Deus enim ideam tabernaculi Moysi ostendit in monte Sina, Exodi 25, 40.

VERS. 45. — *Induxerunt*, in terram promissionis. *Suscipientes*, subventes onus illud sacrum, et per vias portantes; hoc enim mihi significare videtur Græcum.

Cum Jesu, cum Josue.

Usque in diebus David, usque ad tempora David, nam postea Salomon templum edificavit.

VERS. 46. — *Qui invenit gratiam ante Deum*, qui gratus fuit Deo, et ab illo dilectus.

Et petit ut inveniret tabernaculum, etc., id est, ubi tabernaculum collocaretur, seu templum edificaretur, juxta illud psalmi 151, 2 : *Si introiero in tabernaculum domus meæ, etc., donec inveniam locum Domini, et tabernaculum Deo Jacob*.

VERS. 47. — *Domum*, id est, templum.

VERS. 48. — *Sed non Excelsus in manufactis habitat*, quasi dicat : Deus tamen non eget domibus fabricatorum manus edificatis. Notat Stephanus Judæos, qui Deum templo suo delectari, et quasi illi affixum putabant.

populo Judaico ex Babylone in Persidem usque, sive per venditionem, sive per captivorum, servorumque commutationem captivi transierint.

**VERS. 49. — QUAM DOMUM EDIFICABITIS MIHI? DICIT DOMINUS, ET MOX, VERS. 51. — DURÆ CERVICÆ, ET INCIRCUMCISIS CORIBUS.** Ostense religionem mutantem, ac proinde Christum nihil inusitati facere, si veteres traditiones doceat immutandas, simulque declarato, quàm fuerint Judai semper Deo superioribus rebelles, adde quòd et hos auditors videbat mussitantes prædicationem ejus obniti (hoc enim indicat verbum presentis temporis, resistitis, quod meliores codices habent) durè illos increpat dicens: *Durâ cervicæ, et incircumcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis.* Alludit Stephanus ad ea que sunt Ezech. 2, et Jeremie 9. Quomodo autem Spiritui sancto semper resisteterint, sic explicat August., tract. 6 in Joannem: Nempe, inquit, miracula que Christus in digito Dei ad utilitatem vestram facebat, ascripsistis principi dæmoniorum; remissionem peccatorum quam dabat, appellastis blasphemiam; prædicationem, insaniam; resurrectionem, ablationem furivam; prædicationis apostolicæ primum fervorem, ebrietatem. Hæc ille, ut proinde quod hic dicitur, *Spiritus sancto, intelligas potissimum de operibus Spiritus sancti externis, prædicatione videlicet, et miraculis.*

**VERS. 52. — QUEN PROPHE TARUM NON SUNT PERSE- CUTI PATRES VESTRI?** Indicat hæc diversitate sermonis, omnes quidem prophetas passos persecutionem, non omnes tamen, sed aliquos tantum violenter occisos. Sic Isaias terræ secutus est, Jeremias lapidatus, Amos Jullonis fuste tempora percussus, teste Athan. de corporali Adventu Verbi. Nota autem quòd dicit Stephanus: *Et occiderunt eos, qui præsumptabant adinventum Justii, et non, quia præsumptabant adinventum Justii.* Dicit enim August. in psalm. 140, ad verba: *Singulariter sanæ ego,* etc. Propter confessionem nominis Christi nemo mortuus est ante Christum. Multi enim mortui sunt, et martyres sunt; multi prophete, non tamen ideo moriebantur, quia præsumptabant

*Sicut propheta dicit, Isaias, c. 66, 1.*

**VERS. 49. — Cælum mihi sedes.** Hæc est locutio metaphorica, ad designandum Deum esse presentem ubique in cælo et in terrâ. Sibi enim non competent corporis finelementa, ideo subditur: (Lyranus.)

*Quam domum edificabitis mihi, scilicet ad habitandum modo predicto, quasi dicit nullam, sed tantum ad hoc quòd ibi hæc oblatio Deo orationum et sacrificiorum, ut dicit Salomon, 5 Reg. 8 (Lyranus). Nullus alius à me, quia Deus requiescit in seipso, quia per seipsum est beatus.* (Lyranus.)

**VERS. 55. — In dispositione angelorum, operâ angelorum.** Angelus enim Dei personam sustinens legem dedit in monte Sinâ, et illam servari præcepit. Græca vox dispositionem, ordinationem, præceptum significat.

**VERS. 54. — Disscabantur cordibus, ira, angore, indignatione.** Vide supra, cap. 5, 55.

*Suscitabant dentibus, ut rabidi canes ringebant, et signo illo externo iteram furorom prodibant.*

**VERS. 53. — Cùm autem esset plenus Spiritu sancto.** Per novum gratiæ illapsum excitatus ad desiderium martyrii et cœlestis patrie.

Christum, sed quia peccata hominum dicebant in eos; et eorum iniquitatibus liberis resistebat. Hæc August. Si queras an Stephanus consulto fecerit eos tam durè increpando, dico, quòd imitatus est magistrum suum dicentem, Math. 23: *Serpentes, gemina viperarum, et Lucæ 15: Dicitis vulpi illi; item Marc. 9: O generatio incredula, ac denique Lucæ 24: O stulti et tardi corde.*

**VERS. 53. — ECCE VIDEO CÆLOS APERTOS, ET FILIUM HOMINIS STANTEM A DEXTRIS DEI.** De hoc sic August., epist. 222: *(Que visibilia sunt, inquit, possunt, si ostendantur, etiam his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem Dominus ostendit, sicut etiam post ascensionem apostolo Paulo, et Stephano diacono. Hæc August. Et Ambros., ep. 56: Stephanus, inquit, videns Jesum stantem, lapidam letus non sentiebat corpore, non considerabat vulnera, sed oculis Christo affixus illi adhererat. Ita ille. Sed quare videt Stephanus Jesum stantem? Respondet Ambros., ep. 82, stantem, quasi advocatum, quasi sollicitum, ut Stephanum athletam suum certantem juvaret. Et Oecumenius: Stantem vidit Jesum beatus Stephanus, ut suam exhiberet Christus protectionem, et magnam suo athletæ tributâ alacritatem. Addit Beda, nec discordat, quòd Marcus cum à dextris Dei sedere describit, quia hic situs iudicantis est, et ad extremum Judex omnium adveniet. Hæc illi.*

**VERS. 57. — ET TESTES DEPOSUERUNT VESTIMENTA SECUS PEDES ADOLESCENTIS QUI VOCABATUR SAULS.** Testes precipui debebant esse in exequenda lapidatione, ut patet Deut. 17, et ideo vultis exerunt, Saulusque tanquàm his imprimis cooperans eas custodiebat. Quòd enim hic Saulus dicitur adolescens, non ab ætate id est (nam agebat tunc annum ætatis 34, computante Baronio), sed à zelo et animosità, quam idem Baronius vocem Græcæ singulariter valè importare, sicut et Beda. Saulus ergo, etsi valens viribus, ipse etiam posset lapidare, tamen nihil vestimenta aliorum servare, ait August. in psal. 147,

*Vidit gloriam Dei, id est, claritatem quamdam corporalem eximiam et augustam, que Dei presentiam testaretur, et præ se ferret.*

*Et Jesum stantem.* Hic enim est situs naturalis corporis valentis et gloriosi. Stabat enim quasi miles, aut dux cum Stephano, et pro Stephano pugnaturus; aut quasi advocatus ejus apud Patrem; aut quasi agnoscens brachium cœlestis gloriæ ostendens quidam martyrii decurrere paranti.

*A dextris Dei, honestissimo enim loco apud regem, quem multi circumstantes, ille est qui est à dextris.*

**VERS. 56. — CONTINUERUNT ADRES SUAS.** Manuum objecta obtulerunt, nam ut ait Ezech., c. 27, 19, *loquela multum jurans (multo magis blasphemans) horripilationem capiti etiat; et irreverentia ipsas obturatio aurium.*

**VERS. 57. — Efficientes extra civitatem, ac videlicet pollueretur civitas noxio sanguine.** Vide legem Levit. 24, 14.

*Lapidabant, in valle Josaphat, que inter montem Oliveti, et Jerusalem interjacet.*

**VERS. 58. — Et lapidabant.** Hic consequenter ponitur beati Stephani perfecta patientia, et primò ex ejus intentione ad Deum, ibi: *Invocantem et dicentem: De-*

ut in omnium lapidantium esset manibus. Et ex eo Gregor., hom. 19 in Evang. Saulus omnium lapidantium vestimenta servabat, omnium ergo lapidantium manibus ipse lapidavit, qui ad lapidantium omnes expeditos reddidit. Hæc illi. Scriptura quidem dicit de vestimentis testium, sed non addit, tantum, vel solum.

**VERS. 59. — POSUIT AUTEM GENEBUS, CLAMAVIT VOCE MAGNA, Dicens: NE STATUS ILLIS HOC PECCATUM.** August., serm. 56 de Diversis. Expone, inquit, nobis, sancte Stephane, quare pro te stans orasti, et pro inimicis genu flexisti? Respondetis fortassè, quòd intelligimus, pro me stans orasti, quia pro me, qui Deo

*mine Jesu, suscipe spiritum meum.* Secundo ex ejus benignâ condescensione ad proximum actu interficientem ipsum, ex versiculo sequenti. (Lyranus.)

*Domine Jesu, suscipe.* Invocat Jesum non in terris presentem, sed in cœlis regnantem; unde patet, quàm male, imò impie, quidam olim senserint, solum Patrem esse à nobis invocandum per Filium, non autem invocandum ipsum Filium; cum hic clare testetur Lucas Stephanum invocantem dixisse: *Domine Jesu, etc.* Queritur, cum Christus in cruce pendens, præsens oraret pro inimicis, deinde commendaverit spiritum suum Patri, cur Stephanus ordine contrario, prius rogaverit pro inimicis, deinde commendaverit spiritum suum Patri, cur Stephanus ordine contrario, prius rogaverit pro inimicis, deinde commendaverit spiritum suum, etiam tamen nesciret Christum, qui excidit à justitiâ non poterat, de se securum, orasse

## CAPUT VIII.

1. Facta est autem in illâ die persecutio magna in Ecclesiâ, quæ erat Jerosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones Judææ et Samariæ, præter apostolos.
2. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.
3. Saulus autem devastabat Ecclesiam, per domos intrans, et trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam.
4. Igitur qui dispersi erant pertransibant, evangelizantes verbum Dei.
5. Philippus autem descendens in civitatem Samariæ, predicabat illis Christum.
6. Intendebant autem turbe his que à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, et videntes signa que facebat.
7. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamante voce magna exibant.
8. Multi autem paralytici et claudi curati sunt.
9. Factum est ergo gaudium magnum in illâ civitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in civitate magus, seducens gentem Samariæ, diceus se esse aliquem magnum;
10. Cui auscultabant omnes à minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei, que vocatur magna.
11. Attendebant autem eum, propter quòd multo tempore, magis suis dementasset eos.
12. Cùm verò credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jesu Christi baptizabantur viri ac mulieres.
13. Tunc Simon et ipse credidit; et cùm baptizatus

servi, non ita impetrando laboravi. Ventum est, ut Stephanus oraret pro lapidatoribus, attendit magnam et nimiam esse impietatem ipsorum, que difficile donari posset, et genuflexit. Hæc Augustinus. Hæc intelligas orationem de gentibus, quam vocat Basil., de Spiritu sancto, ad orationem non parum conferre. Et quid oravit? *Ne status illis hoc peccatum.* Nec frustra sic oravit. Dicit enim Ambros., 1 de Pen. cap. 9: Hujus peccationis effectum in ipso apostolo Paulo videmus. Et August., serm. 4 de Sanctis: Si Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Vide etiam insigne miraculum hæc pertinens, apud eundem lib. 22 de Civit., cap. 8.

pro peccatoribus; simul ut ostenderet eam fuisse sui adventus et passionis unicam causam, ut peccatores salvos faceret; Stephanum autem, quòd adhuc in viâ positus posset excidere, de se primo loco fuisse sollicitum, ordine charitatis; ideoque primùm sibi felicitatem cum Christo, deinde et inimicis indulgentiam petivisse. Memorabile est quòd refert S. August., lib. 29 de Civit., cap. 8, de Martiali quodam mirabiliter per intercessionem et merita S. Stephani converso ad fidem christianam in sua infirmitate, in qua demum cepit suscipere mortem, qui paulò post extinctus fuit, confitendo in ore habebat illa verba: Christe, accipe spiritum meum, cùm tamen nesciret eandem illa fuisse ultima sancti Stephani verba.

(Estius.)

## CHAPITRE VIII.

1. Il s'éleva en ce temps-là une grande persécution contre l'Eglise de Jérusalem; et tous, excepté les apôtres, furent dispersés en divers endroits de la Judée et de la Samarie.
2. On prit soin de censurer Etienne, et craignit ses funérailles avec un grand deuil.
3. Or, Saul ravageait l'Eglise; et, entrant dans les maisons, il en tirait par force les hommes et les femmes, et les faisait mettre en prison.
4. Ceux donc qui étoient dispersés, passaient d'un lieu à un autre, annonçant la parole de Dieu.
5. Or Philippe éstoit venu dans la ville de Samarie, leur prêchant Jésus-Christ.
6. Et les peuples étoient attentifs aus discours de Philippe, et s'écoutoient tous avec une même ardeur, voyant les miracles qu'il faisoit.
7. Car les esprits impurs sortoient des corps de plusieurs possédés, en jétant de grands cris.
8. Et beaucoup de paralytiques et de boiteux furent aussi guéris.
9. Ce qui remplit la ville d'une grande joie. Or, il y avoit dans la même ville un homme nommé Simon, qui y avoit auparavant exercé la magie, et qui avoit séduit le peuple de Samarie, se disant être quelque chose de grand;
10. De sorte qu'ils le suivoient tous, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, et disoient: Celui-ci est la grande vertu de Dieu.
11. Et ce que les pharisiens s'attachent à lui, c'est qu'il y avoit déjà longtemps qu'il leur avoit troublé l'esprit par ses enchantemens.
12. Mais ayant cru ce que Philippe leur annonçoit du royaume de Dieu, ils étoient baptisés, hommes et femmes, au nom de Jésus-Christ.
13. Simon éroit aussi lui-même; et après qu'il eut